



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Leonardii Lessii E Societate Iesu Theologi. In D.
Thomam De Beatitudine. De Actibus Hvmanis. De
Incarnatione Verbi. De Sacramentis Et Censvris.
Prælectiones Theologicæ Posthvmæ**

Lessius, Leonardus

Lovanii, 1645

Dvb. 1. Quas poenas patiantur animæ in purgatorio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72898](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72898)

fernī nihil esse aliud, quām terrorem & anxietatē, quā animæ afficiuntur, dum cogitant Deum sibi esse iratum. Ita Caluinus lib. 3. Institutionum, cap. vlt. & lib. 2. cap. 16. vbi dicit esse aniles fabulas, qua dicuntur de locis animarum.

Communis sententia Doctorum & Patrum est, Purgatorij locum esse antrum subterraneū, inferno dānatorum proprinquit. Pro quo

¹²
Quatuor
loca anima-
rum post
vitam.

Notandum est, ex communi DD. sententiā, quatuor esse loca statuenda subterranea animarū, quas communī nomine Inferni vocant, & varijs Scripturis locis insinuantur; nempe, Infernum damnatorum, Purgatorij, Limbū puerorum absque baptismo morientium, & Limbum Patrum veteris testamentis. Ratio est: quia quatuor sunt genera peccarum animarū, post hanc vitā; nempe pena danni & sensus eterna, pena danni & sensus temporalis, pena danni tantum eterna, & pena danni tantū temporalis. Infernum damnatorum est pro ijs, quibus debetur pena danni & sensus eterna. Purgatorij est pro ijs, quibus debetur pena danni & sensus temporalis. Limbus puerorum pro ijs, quibus debetur pena danni tantum, sed eterna. Limbus Patrum pro ijs, quibus debetur pena danni tantum, sed temporalis. Vide Palud. in 4.d. 45. q. 3. vbi etiam agit de statu & ordine horum locorum, docetque Infernum & Purgatorium post resurrectionem eausarum unum locum: pari ratione etiam Limbum Partium & Puerorum. Nunc

¹³
Infernum
esse subter-
raneū lo-
cum, est de
fide.

Dico Primo: Fide tenendum est, locum damnatorum esse subterraneū, & inferiorem. Probatur Primō: Deuter. 32. v. 22. ignis succensus est in furore meo, & ardebit usque ad inferni nūisimād est, usque ad infernum inferiorem. Proverb. 9. v. 18. Ignoravit quod ibi sint gigantes, & in profundis inferni coniua eius. & Proverb. cap. 15. v. 24. Semita vite sursum est ad erudiendum, ut declinet ab inferno inferiore.

Probatur Secundō: Quia Scriptura Infernum opponit cælo, tanquam imum locum summo. Iob 11. v. 8. Excelsior cælo est, & quid facies? profundior inferno, & unde cognosces? Iaiae 14. v. 14. Dixisti, ascēdam supra altitudinem nubium, &c. Et in infernum derraberis, in profundum lacū. Psal. 138. v. 8. Si ascendero in cælum, tu illic es; si descendero in infernum, ades. Matthai 11. v. 23. Et tu Capharnaum, nunquid usque in cælum exaltaberis, usque ad infernum descendes. Ex quibus patet, hunc locum esse profundissimum, veluti voraginem quandam, & abyssum, quæ impieri nequeat, ut habet nomen Hebraicum: vnde de Dæmones Lucæ 8. rogan, ne Dominus eos mittat in abyssum.

Probatur Tertiō: Ratione. Quia sicuti locus iustorum, qui amorem mundi & creaturarum viserunt, est summus, scilicet supremum cœlum; ita impiorum, qui amorem creaturarum Deo præfuerunt, debet esse infimus, ac proinde sub terra: quod insinuant nomina, quibus in Scripturā passim appellatur, Infernus, abyssus, lacus, profundum lacū, puteus abyssi, vorago, caninus ignis, stagnum ignis & sulphuris. Quare pulchrè Tertullianus in Apologet. cap. 47. Infernum vocat arcani ignis subterraneū thesaurum. De inferno & poenitentia damnatorum vide lib. 12. De perfectionibus diuinis, vbi c. 24. & 25. fusè doceque hæc tractantur.

Dico Secundō: Pari modo certum videtur ¹⁴
Vbi Limbus
Limbū puerorum esse subterraneū. Paret ex Con-
cilio Florentino sessi, vltimā, vbi definitur, Animas

illorum, qui in peccato morti fero attulsi, vel solo origi-
nali decedunt, mox in infernum descendere, pœnis tamen
disparibus puniendas. Author Hypognosticon lib. 5. dicit fidem Catholicā non agnoscere, nisi duo loca ater-
na, cœlum & infernum: Limbus ergo ad infernum
pertinet, estque veluti extrema inferni ora. Valde
tamen credibile est ignem eō non pertingere; vt
colligitur ex Innocentio III. Capit. Maiores, de
Baptismo; & communiter docēt Doctores.

Dico Tertiō: Fide quoque tenendum est, Lim-
bum Patrum etiam esse locum subterraneū. Probatur ¹⁵
Primō ex Symbolo, Descendit ad inferos. Et ad Patrum,
Ephes. 4, vbi Christus dicitur descendisse ad inferno-
res partes terre, scilicet ad locum Patrum. Vide
plura Scripturæ & PP. testimonia in libro Bellio-
lani sub finem.

Dico Quartō: Locus Purgatorij similiter est sub
terrā. Hæc propositio, eti non æquè certa est, ac ¹⁶
precedens; videtur tamen fidei proxima. Primō:
Nam præterquam quod sit communis sententia
Theologorū, videtur etiam esse sensus Ecclesiæ;
qua in Missa defunctorum sic orat; Libera animas
omnium fidelium defunctorum de penitentiis inferni, & de
profundo lacu. Et probatur ex illo Apocal. 5. v. 13. Apocal. 5.
vbi aperto libro per Agnum (quod fiet in fine
mundi), Creatura qua sub terrā sunt, dicunt laude
Deo & Agno; qua creature sine dubio sunt anima
fidelium in Purgatorio existentes, ad quas beneficium
redemptionis Agni pertinet. Ad Philip. 2. v. 10. Ad Philip.
In nomine Iesu omne genu fleatur, cœli plenum, terre-
strium, & infernorum. Deinde locus iste Actor. 2.
v. 24. Solus inferni doloribus, à multis Patribus
intelligitur de Purgatorio; ut ab Augustino epist.
99. vbi dicit se non intelligere, quomodo aliter
possit exponi. Et ab Epiphanio in hæresi Tatiani.

Omitto visiones. Vide Bedam lib. 5. cap. 13.

Congruentia est: quia animæ illæ eandem po-
nam patiuntur, quam damnati, scilicet poenam
danni, & sensus; solum differt, quod non sit eterna,
sicut poena damnatorum: ergo consentaneum
est, ut eodem loco, eodemque igne patiantur.

CAPVT II.

De pœna Purgatorij.

D V B I V M I.

Quas pœnas patiuntur anime in
Purgatorio?

Dico Primo: Certum est eas pati pœna danni, ¹⁷
id est, priuari aspectu Dei, seu visione bea-
tificiæ: vnde in illis magnus mceror nascitur; sicuti
cūm quis ob suam culpam non admittitur in con-
spectum Principis vel parentis.

Dico Secundo: Certum etiam est, in Purgato-
rio esse pœnam sensus. Dicitur autem pœna sensus
omnis dolor aliunde proueniens, quām ex carentia
visionis Dei. Ratio est: quia sicuti se inordi-
natae ad creaturas conuerterunt, ijsque sunt oble-
cta; ita par est, ut per eas puniantur, iuxta illud
Sapientiæ 11. v. 17. Per que peccat quis, per hac &
torquetur.

Dico Tertiō: In Purgatorio est pœna ignis ¹⁸
corporei. Est communis Doctorum sententia; nō ignis cor-
tamen est fidei. Quia Græci in Concil. Floren-
tino sessi, fateantur se semper credidisse Græci,
Purgato-

Purgatorium, & orationem pro defunctis; tamen dicunt se dubitare, utrum igne corporeo crucientur, an tenebris dantaxat, vel alio aliquo modo: quam eorum sententiam Concilium tolerat.

Probatur Primo: Prioris ad Corinth. 3. *Saluus erit, sic tamen, quasi per ignem: hic Apostolus loquitur de vero igne, qua dies Domini in igne reuelabitur. Atqui loquitur de igne Purgatorij, qui minora peccata combutit, id est, comburendo expiat.*

Probatur Secundo: Ignis inferni est corporeus: ergo etiam Purgatorij, cum iuxta receptam Doctorum sententiam, unus idemque sit. Antecedens probatur Matth. 25. v. 41. *Ite in ignem eternum, qui paratus est diabolo & angelis eius.* Hic aperte insinuat eundem esse ignem quo spiritus cruciantur, & quo corpora impiorum: atqui constat, eum quo corpora impiorum videntur, esse corporeum: ergo.

Probatur Tertio: Quia passim in Scriptura veteri & noua absolute vocatur ignis; flamma, ardor, flagrum ignis & sulphuris, caminus ignis, gehenna ignis. Vide Esai. 3. 34. & 66. Iob 20. Matthaei 3. 5. 13. & 18. Apocal. 20. Quorum semper vocetur ignis, si non sit verus ignis?

Denique idem colligitur ex testimonij Partium citatis. Vide Gregorij lib. 4. Dialog. cap. 39. vbi expressè dicit, *ignem, quo anima puniuntur, esse corporeum.* Vide etiam August. lib. 20. de C. uit. cap. 10.

Dices; Ignis non potest agere in spiritum, quia non potest producere nisi qualitatem corpoream, quæ non potest afficer materia incorpoream.

Respondeo breiter: Etsi ignis solis viribus naturæ non possit agere in spiritum à corpore separatum, potest tamen id diuinâ virtute, Deo singulari modo cooperante, & influente cum eius naturali facultate: Si enim ignis potest naturaliter agere in spiritum corpori vnitum, cui non possit diuinâ virtute concurrente in spiritum separatum? Et si calor ab igne productus in corpore, vel species sensibilis potest naturaliter concurre cum potentia sentiendi, ad actum sensibiles, qui iuxta veriorem sententiam est qualitas spiritualis existens in ipsa animâ, nō in corpore; cur diuinâ virtute cooperante non possit concurre ad qualitatem spiritalem, vel ad sensum doloris in spiritu à corpore separato? De hac re vide plura lib. 13. de Perfectionibus diuinis c. 24. num. 134. vbi latè ostenditur Dæmones & damnatos in inferno vri igne corporeo.

DVBIVM II.

Vtrum pana Purgatorij sit grauissima?

Dico Primo: Peccatum damni, seu dilatio glorie, etsi sit grauissima appretiatio, non tamen videtur grauissima acerbitate.

Prior Pars Probatur: quia sanctæ illæ animæ plurim estimant visionem Dei, quam quodvis aliud bonum; omnia enim suis momentis estimant: ergo plurim estimant huius boni: parentiam, quam quodvis aliud malum, cum quo hoc bonum posse consistere; malentque quiduis pati, & frui hoc bono, quam pati parentiam huius boni: ergo maximè dolent de hoc male

19
Quomodo
ignis cor-
poris
possit age-
re in spiri-
tum.

20
Peccatum
damni in
Purga-
torio est
gra-
uissima
appre-
ciatio.

appretiatio. Idem videmus in viris sanctis etiam in hac vita: ad hoc enim perfecta charitas inclinat.

Altera Pars est D. Bonaventuræ d. 20. quæst. Non tam
2. art. 1. Ratio est: partim quia certissima spes, est grauit-
breui fore, vt Deum videant, summopere eas con-
ficiantur; partim quia præca sensus magis repugnat naturæ, vide magis cruciat. Et confirma-
tur à simili: Quia Patres in limbo non tantoper
re cruciabantur ob parentiam visionis; quantum
quis per peccatum ignis cruciaretur. Dices; Esse
diffarem rationem; quia Patres in limbo non
ob culpam propriæ voluntatis, sed ob culpam
originalē erant priuati illâ visione: animæ autem in Purgatorio ob culpam propriam.

Respondeo: Id non tantoper refert. Nam substantia mali eadem est utroque. Est enim eadem parentiam visionis diuinæ, & idem desiderium. Vnde si illos non cruciabantur summè, neque etiam animas in Purgatorio summè cruciabit. Addè, nec damnatos maximè cruciari ob peccatum damni. Immò parum cutarent, quod
fruantur diuino conspectu, si licet illos perpetuè huic vita delicijs frui. Hoc patet in multis hominibus impijs adhuc viuentibus.

Dices: S. Augustinus in Enchirid. cap. 112. Obiectio.
ait: *Exulare à ciuitate Dei, perire à regno Dei, tam
grandis est pena, ut ei nulla possint tormenta, qua no-
nunquam comparari.* ex D. Aug.

Respondeo: Loquitur de magnitudine appre-
ciationis, non acerbatis, seu afflictionis. Dici
etiam potest eum loqui de tormentis aliquando finiendis, & de exilio non finiendo; ut pater intueniti verba.

Dico Secundo: Peccatum ignis Purgatorij est gra-
uissima quoad acerbitatem, atque adeo grauior Peccata
quæcum penæ huius vite. Est communis sententia ignis in
Doctorum, camque docet D. Augustinus aperte Purga-
torio effigie
in Psal. 37. Quia, inquit, dicitur saluus erit, ille
ignis contemnitur; grauor tamen erit ille ignis, quam
quidquid homo pati potest in hac vita. S. Gregorius
in eundem Psal. Illum, ait, transitorium ignem omni
tribulatione presenti existimo intolerabilem. Simili-
tudine habet Anselmus 1. ad Cor. 3. & multi alij.
D. Bernardus epist. de obitu Humberti: Post
hanc vitam in Purgatorij locis centupliciter, que fue-
runt hic neglecta, rediuntur usque ad novissimum qua-
drantem. Ideo confirmari potest ex probatis re-
uelationibus, quas narrat Beda lib. 3. cap. 19.
& lib. 5. cap. 13. Ratio esse potest, Primo: quia
anima separata longè plura potest perferrre, quam
corpori iuncta: in corpore enim statim penit
vincitur, eo quod fragile corpus statim dissoluatur,
quo dissoluto necesse est hominem mori:
sed extra corpus anima est immortalis, vnde in
immensem eius peccata potest intendi. Deinde,
quia ignis ibi agit ut instrumentum iustitiae di-
uinæ; quo modo longè est efficacior, quam suau-
itate naturæ. Denique, quia tunc ignis immediatè
potest ipsam animam totam attingere, seu tota-
liter: nunc autem non attingit, nisi per medium. Non om-
videlicet per corpus, tanquam per vestem, & quasi nes anima
partialiter.

Dico Tertio: Valde tamen probabile est, neque omnes animas quæ sunt in Purgatorio pati
peccatum ignis; neque eas quæ peccatum ignis pati-
mentur, semper peccatum ignis pati. Ut enim vere do-
ctet D.